



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Abbatissa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

A B B A S.

1 **A**BBATES ex priuilegio ab Innocentio VIII. concessso, pos-
sunt cōsecrare calices, altaria,
campanas, &c. non tantū ad usum
suarum Ecclesiarum, sed etiam aliena-
rum. Barbosa &c alij 4.p.3.tr.2.ref.15.

2 Priuilegium quorundam Abba-
tum, conferendi minores Ordines et-
iam non subditis, modò siat ex consen-
su Episcopi, non est reuocatum per Tri-
dent. sess. 23. c. 10. de reform. Sanchez. p. 4.
tr. 4 ref. 147. & p. 5. tr. 13. ref. 93.

3 Possunt Clericis sacerdotalibus sibi sub-
ditis litteras dimissorias concedere. Vil-
lalob. & Rodrig. p. 3. tr. 2. ref. 95.

Vide *Pralatus*.

Abbatissa.

1 Potest Monialis vidua eligi in Abba-
tissam; lex enim id prohibens abro-
gata est per contrarium usum. Portel.
& Rodrig. Non possunt tamen Mo-
niales de Monasterio ad Monasterium
transferri, sine licentiâ Sedis Apostoli-
cæ, ex Decreto Pauli V p. 3. tr. 2. ref. 99.

A 2.

2 MO-

2 Monialis illegitima etiam sine dispensatione potest esse Abbatissa, & quamuis requireretur dispensatio, posset ea concedi ab ipsarum Prælatis. Portel. & Rodriq. *ibid. refol. 101.*

3 Abbatissa nihil potest præcipere sub excomim. quia caret iurisdictione spirituali. D. Thom. & alij 4. Imò nec in virtute obedientiæ, sed tantum instar matris. familias circa ea quæ ad domesticam gubernationem spectant. Sanch. & alij 7. contrarium tamen est probabile. Salas & alij 5. p. 5. tr. 9. ref. 16.

1 **N**on licet feminæ prægnanti, etiam ante fœtus animationem, procurare abortum, ad vitandum periculum, vite, vel grauis infamia. Sanch. & alij 10. Quando tamen nullum aliud remedium suppeteret, id licere, vel etiam impedire conceptionem fœtus, docet Torrebl. & alij 4. Saltē si post fœtus animationem mater periculose ægrotaret, nec ullum aliud esset remedium, posset ei præberi medicamentum, directè tendens ad curationem, licet indirectè, & per accidens sequatur mors fœtus; quia mater habet ius